

Stephanus Galdeti

*Utrum quis simul possit peccare
venialiter et mereri vitam eternam*

Editor: Florina Hariga

work in progress
21.06.2026

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| Excusa te de tantis qui non respondent et de absentia Magistri nostri honeste P1 61r

|| **Utrum quis simul possit peccare venialiter et mereri vitam eternam** P2 101r

5 de perplexitate
de electione minoris boni
et si que similia videnda

De hoc dubio CLIVINTON in fine secunde questionis. Item responditur
10 in octavo folio et sibi continuo et quodam alio subsequenti cetera et
coincidunt. Ex hiis colliguntur aliqua.

Pro questione sunt aliqua media. Preferens minus bonum magis
bono scienter in hoc peccat venialiter et meretur vitam eternam, igitur.
Consequentia nota. Prima pars antecedentis patet per AUGUSTINUM
15 1 *De doctrina christiana* capitulo 6 dicentem “inordinatam habet
dilectionem, quia eque vel plus diligit minus diligendum”. Secunda
pars patet quia aliter nullus mereretur vitam eternam nisi qui iuxta
conscientiam preponeret optima.

Item quis potest mereri premium temporale et peccare mortaliter,
20 igitur questio vera. Consequentia patet ex quadam similitudine et
proportionem. Antecedens patet per beatum GREGORIUM 16 *Moralium*
de obstetricibus Hebreorum dicentem quod peccaverunt mortaliter et
meruerunt premium temporale. Aliter allegant alii 5 *Moralium* capitulo
2.

25 Item APOSTOLUS Rom. 7: *mente servio legi Dei, corpore autem legi
peccati*. Sed primum est mereri vitam eternam, secundum autem est
peccare venialiter, igitur.

Item quis potest dare eleemosynam et sic dando habere vanam
gloriam que est peccatum veniale.

30 Item capiantur duo actus indifferentes, scilicet A et B, et precipiat
Deus Petro quod faciat A et quod ipse non faciat B sub pena peccati
venialis. Et faciat Petrus A et B, tunc Petrus faciendo A merebitur
vitam eternam et faciendo B peccabit venialiter, igitur questio vera.

35 Item, si aliquis existens in caritate committat mendacium ut salvet
innocentem, iste peccat venialiter quia mentitur et meretur vitam
eternam quia ex caritate intendit salvare proximum innocentem.

1 excusa] 1 *add. in marg. P1* 10 folio] filio *con. P1* cetera] elu* *add.*
sed del. P1 13 in hoc] *sup. lin. P1* igitur] *sup. lin. P1* 18 optima]
om. P2

Item ANSELMUS in suis *Meditationibus* dicit: “terret me vita mea, nam si quid ago, illud sic est simulatum aut corruptum aut aliquo modo imperfectum ut possit displicere aut non placere Deo”; et per consequens cum merito potest coniungi aliquid displicens Deo.

5 Item actus qui fit partim timore pene, partim amore iustitie aliquo modo est peccatum et aliquo modo meritum.

Item catholicus surgens ad matutinas propter Deum ex caritate || et P2 101v propter pecuniam recipiendam peccat venialiter etc.

10 Item aliquis potest caritatem suam conservare sub eodem gradu et peccare venialiter, ergo potest eam intendere et peccare venialiter. Antecedens patet, quia habens caritatem potest duos actus producere, quorum unus erit tante potentie ad conservandum caritatem sicut aliter ad remittendum.

15 Item caritas et cupiditas venialis possunt simul intendi, igitur questio vera. Consequentia nota. Probatur antecedens, quia contrarietas motuum non est nisi propter contrarietatem terminorum a quibus et ad quos. Et ex eodem patet consequentia. Et adhuc antecedens aliter patet, posito quod Paulus habeat A caritatem remissam cum B peccato veniali et augeat A caritatem ad duplum et, cum hoc peccet venialiter duplo
20 gravius quam B, tunc sicut A et B sunt compossibiles, ita gradus duplus ad A et peccatum duplum ad B. Et per consequens potest fieri motus intensivus ab A et B ad duplos gradus, et patet antecedens.

Item resistere temptationi caritatis est meritorium et mereri, sed huius temptationi necessario coniungitur veniale per MAGISTRUM libro
25 2, distinctione 21, et ponitur in *Glossa* II Cor. 12 super illo verbo *datus est michi stimulus* etc. ubi ponitur differentia inter temptationem que fit a carne et ab hoste, nam prima non est sine peccato. Quod autem per talem resistantiam gratia augeatur. Patet per *Glossam* super illud APOSTOLI *faciet cum temptatione proventum* dicit *Glossa*, id est
30 est virtutis augmentum.

|| Item mulier potest velle libidinose uti marito suo et non alio. P1 61v Et, cum primum sit peccatum, saltem veniale, secundum meritorium, sequitur propositum. Hoc totum patet per AUGUSTINUM *De bono coniugali* ubi dicit: “si enim est turpe libidinose velle uti marito suo,
35 honestum tamen est nolle uti nisi marito suo”.

5 timore] p. c. P1 ; amore P2 7 catholicus] p. c. P2 17 et adhuc] iter.
P2 18 A] sup. lin. P1 22 ab] ad P2 et²] sup. lin. P1 24 necessario]
sup. lin. P1 25 21] 2 P2 34 velle] om. P2 35 tamen] no* add. sed
del. P2

Propter hoc ponitur conclusio affirmativa quod aliquis potest simul mereri vitam eternam et peccare venialiter. Probatur, quia aliquis potest diligere Deum super omnia et se propter Deum et cum hoc diligere se plus quam deberet. Per primum meretur, per secundum venialiter
 5 <peccat>, igitur. Patet conclusio affirmative responsiva ad quesitum. Patet etiam ex rationibus suprafactis.

Pro qua conclusione notanda aliqua. Primum quod in homine ||
 sensualitas est quedam vis qua movetur homo ut delectetur in rebus
 10 sensibilibus et in creaturis et ista virtus anime est communis nobis et brutis. Sed ultra hoc in homine est ratio excedens omne quod habemus commune cum brutis. Et, cum ratio huius concernit temporalia et sensibilia, dicitur ratio inferior seu preordinatio rationis inferior. Sed, cum in supernis et eternis intendit, dicitur ratio superior seu rationis preordinatio superior.

15 Notandum ulterius quod, cum quis delectatur in re sensibili, peccat venialiter, quoniam homo debet totum cor suum Deo, iuxta illud divinum preceptum *dilige Dominum Deum tuum ex toto corde* etc. Et tamen cum hoc stat quod plus diligat Deum quam illud sensibile in quo venialiter culpatur <et> delectatur.

20 Item notandum quod secundum AUGUSTINUM libido et concupiscentia inordinata est causa omnis peccati. Est autem libido improba voluntas qua movetur anima rationalis ad hoc ut delectetur in creatura. Et, si illa voluntate diligit creaturam plus quam Deo, est mortale; si minus, peccatum est veniale. Unde dicit AUGUSTINUS quod minus amor uxoris et filiorum est peccatum veniale si non preponitur amoris Dei. Sed,
 25 si talis amor aut alius quicumque preponatur amoris Dei, est mortale. Ex hiis item patet possibilitas supraposite conclusionis.

Cum hoc tamen stat quedam alia quod, licet homo possit simul mereri vitam eternam et peccare venialiter, et sic in eo possint simul
 30 intendi caritas et venialis cupiditas, tamen caritas et cupiditas non possunt augeri simul usque ad gradus summos. Probatur, quia nullus est summus gradus caritatis in via possibilis. Patet ex *Decretali in Clementinis*. Etiam quia est aliquis gradus caritatis, puta in beatis vel in Christo, qui secum nullum gradum cupiditatis compatitur.

35 Item caritas et cupiditas possent simul augeri contra multas auctoritates innuentes animam tanto recedere ab infimis quanto ad

1 propter] conclusio *add. in marg. P1 ; om. P2* hoc] hec *P2* 23 diligit]
 Deum *add. sed del. P1* 26 quicumque] quisscumque *P1* 28 cum] conclusio
add. in marg. P1 hoc] *om. P1* 31 probatur] *sup. lin. P1* 33 gradus]
 cupiditatis *add. sed del. P1*

summa erigitur, et econtra. Et AUGUSTINUS 2 *De Trinitate* capitulo 14 “crescente cupiditate” etc.

|| Contra conclusionem arguitur primo, quia, cum per meritum vite eterne augeatur iustitia et per peccatum veniale minuat, tunc simul in eodem posset iustitia intendi et remitti.

P1 62r

Secundo, facilius est mereri remissionem venialis peccati quam mereri vitam eternam, eo quod minus bonum est remissione peccati venialis quam pena eterna. Ergo quandocumque potest quis mereri vitam eternam, || potest mereri remissionem venialis. Sed per conclusionem peccando venialiter potest mereri vitam eternam. Ergo peccando venialiter potest mereri remissionem venialis, quod est inconveniens.

P2 102v

Tertio, actus peccati venialis est in infinitum malus, igitur non potest stare cum merito vite eterne. Consequentia nota de se. Probat, antecedens, quia vel actus peccati venialis coniunctus cum merito facit quod ille actus sit minus meritorius quam si sibi non coniungeretur, vel non. Si sic, igitur tollit bonum eternum et est infinitum malum, quia quam bonum est id quod privatur etc. Nec potest dari quod non, nam peccans venialiter aliquid amat cum Deo, igitur minus amat Deum, per AUGUSTINUM 10 *Confessionum*: “minus te amat qui tecum aliquid amat”. Et, si talis actus venialis facit minus amare Deum, facit actum esse minus meritorium, et sic ut prius tollit bonum eternum etc. Item GREGORIUS ubi supra de obstetricibus dicit quod benignitatis merces, que eis in eterna vita retribui potuit, in terrenam compensationem declinata est.

Quarto, data conclusione, vel quis potest mereri equaliter coniugendo actum venialem cum merito, vel necessario plus meretur non coniugendo etc. Non primo modo, quia sic agendo occupat suas vires naturales in actu venialis et in actu meriti, et per consequens minus occupat vires in actu meriti, igitur non equaliter agit aut meretur. Si dicatur alia pars quod homo minus meretur, vel non equaliter coniugendo actum venialem.

Contra, quia insit coniungente magis augetur iustitia quam in non coniungente. Nam in eo ultra tollitur veniale et non nisi per iustitiam oppositam superadditam ratione delectationis venialis, quem non continet in reliquo, igitur in illo est amplior iustitia.

3 contra] 2 *add. in marg. P1* ; de amando alicui de veniali *add. sed del. P1 21–24* item Gregorius — declinata est] *in marg. f. 61v P1* 26 necessario] *sup. lin. P1* 32 coniungente] *p. c. P1* 34–35 quem non] *quomodo a. c. P1*

Quinto, quia tunc data conclusione peccatum veniale simul augetur et minueretur. Consequens falsum. Probatur consequentia, quia coniungat Paulus opera meritoria cum veniali, tunc quanto Paulus opera plura maiora et meliora facit, tanto eius gratia est maior, igitur
 5 habet minorem inclinationem ad peccandum. Igitur turpibus idem actus venialis erit maius peccatum vel magis, et per || consequens quanto
 Sortes melius agit cum illo peccato veniali, tanto illud peccatum augetur. Conceditur et tanto etiam magis remittitur, quoniam ardore caritatis consumitur sicut guta aque in camino ignis, per MAGISTRUM 4 libro,
 10 distinctione 21, et sicut patet inconueniens illatum supra.

P2 103r

Sexto, data conclusione hoc maxime foret, cum in eodem actu coniunguntur circumstantie contrarie, quarum una foret virtuosa, alia viciosa, ut in casu quo quis servaret preceptum partim timore pene, partim amore iustitie, et sic idem foret meritum et demeritum veniale,
 15 puta eadem volitio observationis huius. Et tunc talis haberet magis servare tanquam non servare, quod videtur falsum, nam sic servando peccat, quod tenetur vitare nec potest recte eligere.

Conceditur, iuxta quod idem est meritum et peccatum veniale, ut patet per ANSELMUM 1 *Cur Deus homo*, capitulo 7, dicentem quod
 20 eadem actio est iusta et iniusta diversis respectibus vel considerationibus, ymo in casu talis actus non esset meritorius nisi esset peccatum nec econtra.

|| Septimo, si peccare venialiter et mereri vitam eternam se comparantur de lege communi, sequitur etiam quod de lege communi gloria eterna et pena sensus sunt compossibiles. Probatur, quia quidquid
 25 stat cum antecedente stat cum consequente. Consequens falsum, quia non est possibile aliquem habere visionem Dei claram et penam sensus.

P1 62v

Concedit quod gloria et pena sensus sunt compossibiles, ut sint in Christo, tamen non sic est de lege statuta nec oportet hoc ad veritatem
 30 conclusionis, ut infra aliter respondendo patebit.

Octavo, data conclusione Deus ceteris paribus equaliter diligit peccantem et non peccantem, quod est falsum. Patet consequentia posito quod duo equaliter augeant suas gratias et caritates, sit tamen quod unus peccet venialiter et alius non, tunc istos Deus equaliter diligit
 35 etc. Patet deductio.

Nono, virtus moralis excludit omne superfluum et continentia omnem

4 plura] *sup. lin. P1*
 P1

8 conceditur] *sup. lin. P1*

14 veniale] *sup. lin.*

ebrietatem etc., sed gratia magis nata est excludere omne viciū quam virtus moralis, igitur gratia non stat cum aliquo vicio etiam veniali.

Decimo, data conclusione, vel cum quolibet actu meritorio stat peccatum veniale, vel cum aliquo et aliquo non. Si primum, igitur cum
 5 tanto actu meritorio, sicut habuit Christus, et sic cum peccato veniali potuit || quis esse acceptus Deo Patri, sicut fuit Christus secundum
 10 hominem, quod non videtur. Si detur secundum, vel igitur est dare maximum gradum in actu meritorio cum quo potest stare veniale, vel minimum cum quo non. Non primum, quia cum intensiori illo maximo
 15 gradu posset stare actus remissior peccati venialis, eo quod non est dare minimum veniale, sicut nec minimum mortale. Si dicatur quod est dare minimum gradum actus meritorii cum quo non stat veniale, sit ille minus gradus A. Contra: cum A posset stare peccatum veniale remissius, etiam tunc ille qui haberet A pro statu vie non posset peccare venialiter, quod est contra MAGISTRUM 2 libro, distinctione 25, ubi de libertate loquitur etc.

P2 103v

11. Data conclusione peccata venialia coniuncta cum actu meritorio inpedirent augmentum caritatis, igitur possent esse tot venialia quot totaliter inpedirent augmentum gratie. Quo dato esset possibile quod
 20 aliquis existens in caritate haberet multa bona opera meritoria ex caritate procedentia que non mererentur augmentum gratie, et per consequens per illa non mereretur augmentum glorie, quod videtur naturale.

12. Tunc data conclusione veniale inpediret augmentum gratie et eadem ratione veniale coniunctum mortali auget mortale, et sic deberetur sibi pena eterna.

13. Tunc caritas et cupiditas venialis possent simul augeri, et ita ad nullos gradus foret status quin ultra in infinitum simul possent augeri, contra AUGUSTINUM 83 *Questionum*, questione 36, dicentem
 30 “consummata dilectio foras mittit timorem, et ideo quidquid eam nutrire vult instet nudis pedibus” vel obstinendum cupiditatibus.

Item 14. Matth. 6 *nemo potest duobus Dominis servare*, ubi *Glossa* “non simul poterit quis in celo et in terra thesaurizare et virtutibus et viciis deservire, quia regnum Dei et dyaboli discordant inter se, nemo
 35 potest in utroque simul militare” .

6 Deo] *sup. lin. P1* 9 intensiori] *sup. lin. P1* 10 gradu] quod intensiori
add. sup. lin. sed del. P1 18 quot] quod *coni. P1* 24 tunc] *sup. lin. P1*
 27 tunc] *om. P2* et cupiditas] *iter. P2* 32–35 item — militare] *quere*
responsum vel cogita add. in marg. P1

Item 15. MAGISTER 3 libro, distinctione 21, non idem simul homo — conceditur eodem actu et simili, quia nullus actus qui precise est meritum est peccatum — hec illa edificat, scilicet aurum, argentum, lapidem pretiosum, lignum, fenum, et stipulam.

5 Item posset videri sequi quod idem homo placeret Deo et odietur a Deo, male se haberet et bene se haberet ad Deum. Quod si concedatur, per diversos actus videbitur pari quod per eundem actum propter
diversas circumstantias esse possibile. Non valet consequentia, quia
diversi actus in eadem sunt inpertinentes, sed circumstantie constituunt
10 unum quodsi altera mala totum aggregatum super malum.

Hec sint contra conclusionem

|| Ad primum dicitur quod in illo casu caritas et iustitia non P1 63r
diminuitur proprie, ymo augetur. Tamen improprie potest dici minui,
quia maior foret, si non esset veniale, et isto modo loquendi utitur || P2 104r
15 *Decretalis*, De consecratione, distinctione 4.

Ad illud de obstetricibus potest distinguere de mendacio mortali et veniali, vel dicitur quod non valet consequentia: ‘committit premium eternum in temporali, ergo abstulit meritum’. Prima responsio magis valet.

20 Ad illud de merito remissionis venialis dicitur quod non semper et quolibet actu facimus mereri remissionem peccati huius quam vitam eternam, nam quamvis omnis satisfactionis sit meritorius, non econtra.

Ad aliud quo arguitur quod peccatum veniale est infinitum, malum etc. negatur consequentia: ‘aufert bonum eternum, ergo est infinitum
25 malum’. Nam et ita posset argui de obmissione concilii aut obmissione maioris boni. Vel dicitur quod peccatum veniale non tollit bonum eternum, sed solum ad tempus, quia satisfactione facta pro illo reddit totalis gradus glorie illi actui debitus, acsi fuisset factus sine veniali.

30 Ad quantum dicitur quod casus non est possibilis, scilicet quod duo habeant equales actus meritorios et equaliter augeant caritatem et alter peccet venialiter. Si equaliter, prius habebant de gratia, quia ille qui

2–3 conceditur — peccatum] *sup. lin. P1* **2** conceditur] *p. c. sup. lin. P1* ;
scilicet *a. c. P1* **7** per] *p. c. sup. lin. P1* ; propter *a. c. P1* **10** aggregatum]
sup. lin. P1 **12** ad] *3 add. in marg. P1* **18** responsio] *mg add. sed del. P2*
28 totalis] *sup. lin. P1* **29** ad] *4 add. sed del. P1* scilicet] *sup. lin. P1*

habet veniale, si debet equaliter augere cum alio, oportet ut habeat magis de merito, et hoc dato delicto veniali rediret gratie et premii inpeditus.

Ad illam auctoritatem MAGISTRI de ligno, feno etc. intelligit quod eodem actu illa non possunt edificari, sed diversis actibus simul bene. Nota responsionem hanc pro te.

Ad quintum, quo probatur simul augeri et minui peccatum, dicitur quod in illo casu augetur veniale, nec minuitur ardor caritati. Unde ista diminutio per ardorem intelligitur, quando veniale est in homine, solum secundum reatum, non secundum actum.

Ad aliud de actu mixto facto amore iustitie et timore pene, et de auctoritate ANSELMII dicentis quod eadem actio est iusta et iniusta, et de hoc quod subditur quod talis actio non esset meritoria, nisi esset demeritoria, quia nisi fieret timore pene, et econtra potest faciliter responderi. Ad hec et ad alia diligenter considera.

De maximo gradu caritatis cum quo stat veniale vel minimo cum quo non eligitur. Secunda pars et ille gradus non habetur in via, sed quilibet minor potest, et sic nullus concludetur inpeccabilis.

Ad illud quo arguitur quod, si venialia inpediunt augmentum caritatis, tot poterunt etc., respondetur negando consequentiam, quia ultimum vel secundum equale in duplo minus inpedit, et sic, || si augerentur in infinitum semper minus proportionaliter, nunquam augmentum caritatis totaliter inpediretur etc.

P2 104v

Hec de principali difficultate

In titulo includitur tria dubia que possunt quodlibet tripliciter colari, ut tangitur alibi, et finaliter ad quodlibet tres finales conclusiones, verbi gratia: prima, quod possibile est peccare venialiter; secunda, quod possibile est mereri vitam eternam; tertia, affirmativa ad quesitum etc. Vide et considera an sic debeas procedere vel aliter.

Non est possibile mortalitate diligere propter Deum etc.

2 delicto] delcto P1 ; sed con. P1 **4** feno] p. c. P2 **6** nota — te] om. P2 **7** quintum] de add. sed del. P1 ; aliud P2 **15** ad hec] sup. lin. P1 considera] considerati P2 **16** cum¹] p. c. P1 minimo] om. P2 cum²] sup. lin. P1 **21** secundum] p. c. P1 equale] sup. lin. P1 **23** totaliter] taliter P2

Item diligere plus quam debet propter Deum est meritorium et cum hoc peccatum.

Item eligere minus bonum est seu non est peccatum ut nubere, et tamen videtur peccatum saltem veniale etc.



1 meritorium] *ill. in ras. P1*
et *add. sup. lin. P1*

3 item] propter *add. sed del. P1*

4 etc]